



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Praxis Hvivs industriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

fatis, peccata sua ad longum recitasse,
ad eandem viuendi normam redeunt,
atque in eodem vitiorum luto, se ob-
uoluunt vt non immeritò in Apoca-
lypsi canat Angelus, terribili illa tuba.
VÆ. VÆ. VÆ. hominibus habitanti-
bus super terram.

P R A X I S H V I V S industriæ,

TOta igitur industrię nostrę praxis
in sequentibus consistit. Nam ita
te præparabis.

P R I M O.

FLecte genua, & inuoca humiliter
auxilium Spiritus Sancti, B. Virgi-
nis Marię, & Angeli Sancti tui custodis
&c.

SE.

SECUNDO.

Percurre obiter flexis genibus in conspectu Dei, per dimidium circiter, aut totum horæ quadrantem, loca, in quibus ab ineunte ætate vixisti, studia & officia quæ tractasti, personas, quibuscum habitasti, egisti, &c. & tanquam rudi ac generali mentis quodam intuitu, qualem vitam duxeris perstringe: id iuuabit, vt deindè cum ad tabellas, de quibus mox dicam peruenieris, faciliùs tibi, quæ deliqueris, occurrant.

TERTIO.

Surge à genuflexione, & ad mensam assidens, tabellas illas quæ post paucula ab hinc folia sequuntur, ob oculos tibi pone inuenies ibi per singulas quasi cellas diligenter annotata, pleraque
omni-

omnium peccatorum genera, quibus homines contra Dei præcepta peccare consueuerunt. Igitur in his tabellis, singulas cellas percurre ordine, & examina, an in singulis te culpabilem inuenias, facile id conscientia & materia dictabit, si non inuenis, nec occurrit aliquantulum cogitanti, transi sine scrupulo, fecisti enim quod in te est, non sis ultra sollicitus; si inuenis autem, tum cultello, quem ad manum habere oportebit lingulam istius cellæ eleua versus manum tuam dexteram, ita vt ea lingua emineat supra agglutinatum ibi album marginem.

QVARTO,

Cum his tabellis accede ad sacerdotem & incipiens à primo præcepto, lege ordine quæ ibi habes & illa peccata, quæ exempta lingula annotasti, confi-

10
confitere Nec est opus quicquam im-
mutare dummodo subindè, vbi inter-
ruptio magna facta fuerit solummodo
dicas. Confiteor præterea me &c.

Q V I N T O .

Peracta verò confessione, recipite
iterum in cubiculum, & assumpto
cultello exemptas linguas omnes in
suum quamque locum, ordine resti-
tue.

Ecce praxin: quid facilius? quid ex-
peditius?

D V B I A N O N N V L L A breuiter expedita.

Qværes primò. Quid si in exami-
nandis tabellis dubitem subindè,
an hoc vel illud fecerim aliquando,
nec ne?

Respon-